

Hinkmar, Opusc. c. 16
(PL 126 Sp. 335 D u.
336 A):

Leo ad Maximum Anthiochenum episcopum:
Etsi enim diversa nonnumquam sunt merita praesulum, tamen iura permanent sedium, quibus possunt aemuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.

Hinkmar, Opusc. c. 32
(PL 126 Sp. 413 D u.
414 B):

Nulli sacerdoti suos liceat canones ignorare nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obviare ...

Non igitur radendum vel omittendum est pronomen „suos“ de verbis Coelestini, quoniam canones et patrum regulae canones et regulae sunt sacerdotum, eo modo sicut lex Moysi dicitur et lex Iudaeorum, de qua Dominus ad Iudaeos: *In lege*, inquit, *vestra scriptum est*, et de eis iterum: *In lege eorum scriptum est*. Aut ergo quilibet non est sacerdos et sui non sunt canones, aut qui sacerdos est, sui sunt canones.

Bernhard von Hildesheim, De damn.
S. 29, 36–39:

Et quia hanc excellentiam Romanae sedis non minuit indignitas praesidentis, testatur idem Leo: *Etsi nonnumquam*, inquit, *diversa sunt merita presulum, iura tamen permanent sedium, quibus possunt emuli perturbationem aliquam fortasse inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.*

De damn. S. 46, 21–27:

... audiant papam Celestinum: *Nulli sacerdotum liceat suos ignorare canones nec quidquam facere, quod sanctorum patrum^{a)} legibus possit obviare.*

Non pretereant, non abradant pronomen „suos“: nam canones proprii sunt sacerdotum, ut lex Moysi et lex Iudeorum, unde eis Dominus: *In lege*, inquit, *vestra scriptum est*; et: *De eis in lege eorum scriptum est.*

^{a)}fehlt 2, möglicherweise nur Emendation von Gretser, da es auch bei Bernold fehlt.

Bernold von Konstanz, De excom. S. 140,
39–42:

Hoc utique privilegium nulla indignitas praesidentium imminuere poterit attestante beatissimo papa Leone: *Etsi*, inquit, *nonnumquam diversa sunt merita presulum, iura tamen permanent sedium, quibus possunt emuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.*

De excom.
S. 136, 21–23:

Hi sunt aecclesiastici canones, qui sacerdotum proprie dicuntur, ut lex Moysi, lex Iudeorum, unde sanctus Celestinus papa: *Nulli*, inquit, *sacerdotum liceat suos ignorare canones nec quidquam facere, quod sanctorum legibus possit obviare.*

Bei dem ersten Textausschnitt findet sich die das Zitat einleitende Aussage, die Unwürdigkeit eines Papstes schmälere nicht die Stellung des römischen Stuhles, nicht